ut peterent escas in animabus suis ∴
Et male locuti sunt de dõ ÷ et; dixerunt ✓
numquid poterit ds parare mensã in deserto ∴
Qui percussit petram et fluxerunt aquæ,
et torrentes inundauerunt
Numquid et panem poterit dare ✓
aut parare mensam populo suo ∴

Ideo audiuit dñs et distulit.et ignis
accensus est in iacob.et ira ascendit in israt ∴
Quia non crediderunt in dō.
nec speraverunt in salutari eius
Et mandauit nubibus desuper.et ianuas
caeli aperuit.et pluit illis manna
manducare ∴
Panem caeli dedit eis.panē angelorū
manducauit homo ∴
Frumentationem misit ÷ eis: in habun
dantia.et excitauit austrum de caelo.
et induxit in virtute sua africum ∴
Et pluit super eos sicut puluerē carnes.
et sicut arenā maris uolatilia pennata ∴
Et ceciderunt in medio castrorum eorū.
circa tabernacula eorum ∴
Et manducauerunt et saturati nimis.
et desiderium eorum attulit eis ∴
Non sunt fraudati a desiderio suo.
adhuc esca eorum erat in ore ipsorū.

et ira dī ascendit in eos ∴

Et occidit plurimos eorum. et electos
israhel impediuit ∴

In omnibus his peccauerunt adhuc.
et non crediderunt in mirabilibus eius ∴

Et defecerunt in uanitate dies eorum.
et anni eorum cum festinantia ∴

Cum occideret eos tunc querebant eū.
et conuertebantur ante lucem et
ueniebant ℣ ad eum ∴

Et rememorati sunt quia dī adiutor eorū
est. et dī excelsus liberator eorum est ∴

Et dilexerunt eū in ore suo. et in lingua
sua mentiti sunt ei ∴

Cor autem eorum non est rectum cū eo.
nec fidelis habita est in testamento eius ∴

Ipse autē est misericors et propitius. et pro
pitiabit peccatis eorum et non disperdet ∴

Et habundauit ut auerteret iram suam.
et non accendit omnem iram suam ∴

Et rememoratus est quia caro sunt.
spūs uadens et non rediens ∴
Quotiens exacerbauerunt eū in deserto.
in ira concitauerunt eum in terra sine aqua
Et conuersi sunt et temptauerunt dīm.
et scēm israēl exacerbauerunt ∴
Non sunt rememorati manus eius qua die
liberauit eos de manu tribulantium ∴
Sicut posuit in aegypto signa sua. et
prodigia sua in campo taneos ∴
Et conuertit in sanguinē flumina eorū.
et pluuiales aquas eorum ne biberent ∴
Immisit in eos muscā caninam et come
dit eos. et ranam. exterminauit eos. ∴
Et dedit erugini fructus eorū.
et labores eorum locustę
Et occidit in grandine uineas eorum.
et moros eorum in pruina ∴
Et tradidit grandini iumenta eorū.
et possessiones eorum igni ∴

Lnmisit meos ira indignationis suae
indignationem ira & tribulationes
inmissiones per angelos malos ·:·
Viam fecit semite irae suae & non pepercit
a morte animabus eorū & iumenta
eorum in mortē conclusit ·:·
Et percussit omne primogenitū in terra
aegypti · primitias omnis laboris ÷
ipsorum: in tabernaculis cham ·:·
Et abstulit sicut oues populū suū · et per
duxit eos tamquā gregem in deserto ·:·
Et deduxit eos in spe & non timuerunt &
et inimicos eorum operuit mare ·:·
Et introduxit eos in montē sanctificationis suae
montem hunc quē adquisiuit dexter eius ·:·
Et eiecit a facie eorum gentes & sorte
diuisit eis terram in funiculo distributionis ·:·
Et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus israel ·:·
Et tentauerunt et exacerbauerunt dm
excelsum & testimonia eius non custodierunt ·:·

÷Et auerterunt se et non obseruauerunt
÷pactum: sicut quemadmodum patres eorum :·
Et conuersi sunt in arcum peruersum.
irritauerunt eum in collibus
suis: et in sculptilibus suis emulari fecerunt eum: :·
Et audiuit deus et spreuit. et ad nihilum
redegit nimis israhel :·
Et reppulit tabernaculum selom. tabernaculum in quo habitauit inter homines :·
Et tradidit in captiuitatem uirtutem eorum.
et pulchritudinem eorum in manus inimici :·
Et conclusit in gladio populum suum.
et hereditatem suam spreuit :·
Iuuenes eorum comedit ignis. et uirgines eorum non sunt lamentate :·
Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt.
et uidue eorum non plorabuntur :·
Et excitatus est tamquam dormiens
dns. tanquam potens crapulatus a uino :·
Et percussit inimicos suos in posteriora.

obprobrium ſempiternum dedit eis ∴
Et reppulit tabernaculum ioſeph. et
tribū ephrē non elegit. ſed elegit tribū iuda ∴
Montem ſion quē dilexit. et ædificauit
ſicut unicornuiorum ſcī ficiū ſuū in terra.
quam fundauit in ſæcula ∴
Et elegit dauid ſeruū ſuū. et ſuſtulit eū
de gregibus ouium et, de poſt
fetantes accepit eum ∴
Pascere iacob ſeruū ſuū. et iſrahel hereditatē ſuā ∴
Et pauit eos ſine malitia cordis ſui. et
in ſenſu manuū ſuarū deduxit eos ∴ ℣
Refice nos manne ſpīalis alimento ORAT
opidentiſſime largitor omnīs dī.
Ut in ſenſū manuū tuarū directi.
mereamur in monte tuo adquiſitū
LXXVIII. dextere gloriam · ℣

PSALMUS ASAPH ∴

VOX FIDELIŪ QUANTA INTERSECUTIONE
PERTULERIT · DIC: POTENTIA SUPPLICANTIŪ
VINDICARI ∴

Deus uenerunt gentes in hereditatem tuam: coinquinauerunt templum sanctum tuum :.

Posuerunt hierusalem uelut pomorum custodiarum: posuerunt mortalia seruorum tuorum escas uolatilibus caeli :.

Carnes sanctorum tuorum bestiis terrae:

Effuderunt sanguinem eorum sicut aquam in circuitu hierusalem: et non erat qui sepeliret :.

Facti sumus obprobrium uicinis nostris: illusio et derisio his qui sunt in circuitu nostro :.

Usquequo dne irasceris in finem: accendetur uelut ignis zelus tuus :.

Effunde iram tuam in gentes quae te non nouerunt: et in regna quae nomen tuum non inuocauerunt :.

Quia comederunt iacob: et locum eius desolauerunt :.

Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordiae tuae: quia pauperes facti sumus nimis :.

Adiuua nos deus salutaris noster: propter

honorem nominis tui ÷ dñe : liberanos
et propitius esto peccatis nris ꝓpt nomen tuu ∴

Ne quando dicant gentes ubi est ds eorum
÷ et : innotescat in nationibus coram oculis nris ∴

Vindica sanguinem seruorum tuorum
qui effusus est ∴

Intret inconspectu tuo gemitus compe
ditorum ✓ secm magnitudinē brachii
tui ✓ posside filios mortis puniorum ∴

Redde uicinis nris septuplum in sinu eorū
improperium ipsorum quod impro
perauerunt tibi dne ∴

Nos autem populus tuus et oues gregis
tui ✓ confitebimur tibi dñe in sæculum ∴

In generatione et progenie ✓ enarra
bimus laudem tuam ∴ ORATIO

Anticipa nos dñe mia tua priusquam
zelus iræ de seuiat ✓ Vt adiutipatro
cinium beatorū quorū propter te sanguis
effusus est ✓ propitiatione tua cum

peccatorum uenia consequamur ℣

LXXVII. In finem pro his qui commutabuntur testimonium asaph psalmus

Vox prophete de adventu xpi.
Et de vinee. id est ecclae dilatatione ∴

Qui regis israhel intende. qui deducis velut
oues ioseph ∴

Qui sedes super cherubim appare coram
Ephrem et beniamin et manasse ∴

Excita potentiam tuam et veni ut salvos facias nos ∴

Deus conuerte nos et ostende faciem
tuam et salui erimus ∴

Domine deus uirtutum quousq irasceris
℣ in oratione serui tui ∴

Cibabis nos pane lacrimarum et potum
dabis nobis in lacrimis immensuram ∴

Posuisti nos in contradictionem uicinis
nris et inimici nri deriserunt nos ∴

Domine deus uirtutum conuerte nos et
ostende faciem tuam et salui erimus

Vineam de egypto transtulisti · eiecisti
gentes et plantasti eam ∴
Viam fecisti in conspectu eius · et plantasti
radices eius et repleuit terram ∴
Operuit montes umbra eius · et arbusta
eius cedros dei ∴
Extendisti palmites eius usq; ad mare ·
et usq; ad flumen propagines eius ∴
Vtquid destruxisti maceriam eius · et uindemiant
eam omnes qui transeunt uiam ∴
Exterminauit eam aper de silua · et singularis ferus depastus est eam ∴
Deus uirtutum conuertere nunc · et respice
de celo et uide · et uisita uineam istam ∴
Et dirige eam quam plantauit dextera
tua · et super filium hominis quem
confirmasti tibi ∴
Incensa igni et effossa · a manu increpatione uultus tui peribunt ∴
Fiat manus tua super uirum dexterae tuae ·

et super filium hominis quē cōfirmasti tibi ∴
Et non discedimus a te · uiuificabis nos.
et nomen tuū inuocabimus ∴
Dnē dś uirtutū conuerte nos · et ostende
faciem tuam et salui erimus ∴ ORAT
Vitis de ægypto
transtulisti · Ejecisti gentes et plantasti eam
Dux in conspectu eius · germinauit radices eius
et implenit terram · Operuit montes umbra eius
et arbusta eius cedros dei · Extendit palmites suos usque ad mare
et usque ad flumen propagines eius ∴
Ut quid destruxisti maceriam eius · et uindemiant eam omnes
qui pertranseunt uiam · Exterminauit eam aper de silua
et singularis ferus depastus est eam ∴
Deus uirtutum respice de celo · et uide et uisita uineam istam
et perfice eam quam plantauit dextera tua ∴
Et super filium hominis quem confirmasti tibi ∴
Et non discedimus a te · uiuificabis nos.
et nomen tuum inuocabimus ∴
Dnē dś uirtutū conuerte nos · et ostende
faciem tuam et salui erimus ∴ ORAT

LXXX · IN SEPTORCULARIB: ASAPH QUINTA SAB
PROPHA FIDELES ADMONET UT MULTI BATI ∴
MODIS VOCIBUS DM MAGNIFICENT.
ET NEQUIS QUAM IDOLA
SED DM SOLUM ADORET ∴
Exultate dō adiutori nro · iubilate dō iacob ∴
Sumite psalmū et date tympanum ·
psalterium iucundū cum cythara ∴
Canite in nitio mensis tuba · in die
insigni sollemnitatis uestre ∴
Quia preceptū domini est · et iudicium dō iacob ∴

Testamonium in ioseph posuit eum:
dum exiret de terra aegypti :
Linguam quã non nouerat audiuit.
diuertit a oneribus dorsum eius :
Manus eius in cofino seruierunt.
in tribulatione inuocasti me et liberaui te.
Exaudiui te in abscondito tempestatis
probaui te ad aquas contradictionis : DIAP
Audi populus meus et testificabor tibi
israhel si me exaudias :
Non erit in te dñs recens neque adorabis
dñm alienum :
Ego enim sum dñs deus tuus qui eduxi te
de terra aegypti dilata os tuum
et adimplebo illud :
Et non audiuit populus meus uocem
meam et israhel non intendit mihi :
Et emisi illos secundum desideria cordis
eorũ et ibunt in uoluntatibus suis :
Si plebs mea audisset me israhel si uias meas

ambulasset · adnihilum inimicos
eorum humiliassem · et super tribulan
tes eos misissem manum meam ·:
I nimici dñi mentiti sunt ei · et erit
tempus eorum in æternum ·:
T C ibauit eos ex adipe frumenti · et de
petra melle saciauit eos ·:

ORATIO ·:

D ilata dñe supplicum ora ad adnun
tiandam gloriam tuam · Ut egrptius
operibus retrorsum relictis nominis
tui confessione lætemur · ℣

LXXXI ·

PSALMUS ASAPH ·:

PROPHETA CONTRA IUDEOS DE XPI
ADVENTV LOQVITVR · MONENS VT
INTELLEGANT IPSVM ESSE XPM
QUI IN ASSVMPTIONE CARNIS
SUPER ESSE VIDEBATUR ·:

STETIT
INSŸ
NAGOGA
DEORVM.
IN MEDIO
AVTEM
DEOS
DISCERNIT ∴

Quousq· iudicatis iniquitatem: & personas peccatorum sumatis ∴ & DIAPSALMA ∴

Iudicate pupillo et egeno: humilem
et pauperem iustificate ∴

Eripite pauperem et egenum: de manu V

peccatorum liberate eos ∴
Nescierunt neq; intellexerunt.
in tenebris ambulant ∴
Mouebuntur omnia fundamenta terre.
ego dixi dij estis. et filij excelsi omnes ∴
Vos autem tanquā homines moriemini.
et sicut unus de principibus cadetis ∴
Exurge ds iudica terram. qm tu hereditabis omnibus gentibus ∴ ORATIO
Da nobis dne secundum preceptum
tuū ab iniquitatis iudicio declinare.
pauperumq; necessitatibus subuenire.
ut merenmur filiorum tuorum
numero copulari ℣ p

XXXII CANTICU PSALMI ASAPH ∴
VOX FIDELIŪ DE PRECANTIUM NE ASATELLI
TIBUS ANTIXPI DIUTIUS ECCLA TORQUEATUR.
SEDCITO EORUM CONTUMACIA ꝓPRIMATUR ∴
Ds quis similis tibi: ne taceris neque
compescaris ds ∴

Qm̄ ecce inimici tui sonuerunt. et qui ode
runt te extulerunt caput ∴

Y l n̄ plebem tuam dolose cogitauerunt con
silium. et cogitauerunt aduersus scos tuos ∴

Dixerunt uenite ⁊ disperdamus eos ex gente.
et non memoretur nomen israhel amplius ∴

Qm̄ cogitauerunt consensu̾ unanimi aduersus te
testamentum disposuerunt ∴

Tabernacula idumeorū et ismahelite. moab
et agarени gebal et amon et amalech.
et alienigene cum habitantibus tyrum ∴

Etenim assur simul uenit cum illis. facti
sunt in susceptionē filiis loth ∴ DIAPSALMA ∴

Fac illis sicut madian et sisare.
sicut iabin in torrente cison ∴

Disperierunt in endor. facti sunt sicut
stercus terre ∴

Pone principes eorum sicut oreb et zeb
et Y sicut zebee et salmana. omnes principes eorū ∴

Qui dixerunt hereditate possideamus

nobis seuariumdi ∴
Dñe meus ponee eos ut rotã, sicut stipulam
ante faciem uenti ∴
Sicut ignis qui comburit siluã, uelut
flamma comburens montes ∴
Ita persequeris eos in tempestate tua.
et in ira tua conturbabis eos ∴
Imple facies eorum ignominia.
et quere nt nomen tuũ dñe ∴
Confundantur et conturbentur in sẽtm
sæculi, et reuereantur et pereant ∴
Et sciant quia nomen tibi dñs tu: solus.
altissimus super omnem terrã ∴ ORAT

Discute a nobis dñe omnẽ superfluita
tis errorem · Ut relictis gentibus
uitiorũ. te solum qui super omnem
terram altissimus habitas metuamus p

LXXIIII. IN FINEM PRO TORCULARIBUS FILIIS CORE PSALMUS ∴

VOX ECCLESIAE VEHEMENTER

DÁ DESIDERANTIS BEATVM ESSE
PROFITENTIS. CUI DÑS PRESTAT AUXILIÚ ∴

QUam amabilia sunt tabernacula
tua dñe uirtuum ∴

Concupiscit et defecit anima mea in atria dñi ∴
Cor meu et caro mea exultauerunt in dñm uiuũ ∴
Etenim passer inuenit sibi domum. et
turtur nidũ sibi ubi reponat pullos suos ∴
Altaria tua dñe uirtutũ. rex meus et dñs meus ∴
Beati qui habitant in domo tua. in sæcula
sæculorum laudabunt te ∴ DIAPS
Beatus cuius est auxiliũ abs te dñe
ascensus in corde eius disposuit. in conualle
fletus in loco quem posuit ∴
Etenim benedictionem dabit qui legẽ
dedit. ambulabunt de uirtute in uirtutẽ.
uidebitur deus deorum in sion ∴
Dñe dñ uirtutum exaudi orationem
meam. auribus percipe dñ iacob ∴ DIAPS
Protector noster aspice dñe et respice in faciẽ xpi tui ∴

Quia melior dies ÷ una: in atriis tuis sup milia ∴
Elegi abiectus esse in domo dī ✠ magis quā
habitare in tabernaculis peccatorum ..
Quia miam et ueritatem diliget dns.
dabit gratiam et gloriam ∴
Dns non priuabit bonis. ambulantes
in innocentiam ∴
Dne dī uirtutum beatus homo
qui sperat in te ∴ ORATIO ∴
Tabernaculorum caelestium fundator
aeterne. Dispone qs ascensus in cordibus
nris. quibus ad tua tabernacula mere
amur sine lapsu peccati conscendere. p

cxx iiii. In finem in hymnis. psalmus dd ∴
Dō propha gras agit de illa antiqui
tate iudaice nationis. pervenit ps
ad cultura dni salvatoris. expetito
Adventu xpi ut humana cecitas fidei lucem accepit ∴
Benedixisti dne terram tuam.
auertisti captiuitatem iacob ∴

Remisisti iniquitatem plebis tuae ·
operuisti omnia peccata eorum ∴ DIALS
Mitigasti omnem iram tuam · auertisti
ab ira indignationis tuae ∴
Conuerte nos ds salutaris nr · et auerte
iram tuam a nobis ∴
Ne in aeternum irascaris nobis ÷ aut : extende
das iram tuã a generatione ℣ et progenie ∴
Ds tu conuertens uiuificabis nos · et plebs
tua laetabitur in te ∴
Ostende nobis dne miãm tuam · et salu
tare tuum da nobis ∴
Audiam quid loquatur ÷ in me : dns ds ·
qm loquetur pacem in plebem suam ·
et super scos suos · et in eos qui conuer
tuntur ℣ cor a mipso ∴
Verum tamen prope timentes eum
salutare ipsius · ut inhabitet gla in tra nra ∴
Misericordia et ueritas obuiauerunt ÷
sibi iustitia et pax complexae sunt se ∴

Veritas de terra orta est. et iustitia
de caelo prospexit ∴
Etenim dns dabit benignitatem.
et terra nra dabit fructum suum ∴
Iustitia ante eum ambulabit. et ponet
in uia gressus suos ∴ ORATIO ∴
Remitte dne iniquitate plebis tuae.
et offende nobis miam tuã quae nos
in uiam pacis iustitia praecedente
perducat p ORATIO OMNIS ∴

LXXXV. ORATIO XPI AD PATRE PRO SE SUISQUE
MEMBRIS QUORUM IPSE CAPUT EST ∴
Inclina dne aurem tuam et exaudi me.
qm egenus et pauper sum ego ∴
Custodi animam meã qm sct sum. salui
fac seruum tuũ dne meus sperans te ∴
Miserere mei dne. qm ad te clamaui tota die ∴
Laetifica animam seruitui. qm ad te
dne leuaui animam meam ∴
Qm tu dne suauis ac mitis es. et copiosus

inmiā. omnibus inimicis tuis ℣.

Auribus percipe dñe orationē meā.
et intende voci deprecationis meæ ℣.

In die tribulationis meæ clamavi ad te.
quōm exaudisti me ℣.

Non est similis tibi in dis dñe. et non est
secundum opera tua ℣.

Omnes gentes quas cumq; fecisti venient
et adorabunt coram te dñe ℣.

Et honorificabunt nomen tuū. quōm
magnus es tu et faciens mirabilia
tu es: dūs solus ℣.

Deduc me dñe in iustitia tua et ingrediar
in veritate tua ℣.

Lætetur cor meū ut timeat nomen tuū ℣.

Confitebor tibi dñe dē mē in toto corde meo.
et glorificabo nomen tuū in æternū ℣.

Quia mia tua magna est super me et
eruisti animā meā ex inferno inferiori ℣.

Dē iniusti insurrexerunt super me et

ſinagoga potentium queſierũ animã meã ∴
IN onpropoſuerunt te inconſpectu ſuo.
et tu dñe dñ miſericors et miſerator.
longanimis et multum miſericors et uerax ∴
Reſpice in me et miſerere mei. da poteſ
tatem tuã puero tuo. et ſaluũ fac filiũ
ancillae tuae ∴
Fac mecũ ſignũ in bono. ut uideant qui
oderunt me et confundantur. qm tu dñe
adiuuiſti me et conſolatus es me ∴ ORAT!
Laetifica dñe uultum famulae tuae
et erue animã ex inferno inferiori ∴ mãſ
Ve tu uultus contemplatione protecti
deſideria carnis ſpirtali dominatione
calcemus ℣

XXXVI. FILIIS CORE PSAL CANTICI.

VOX CROLHE DE CAELESTI HIERUSALEI DEST ECCLA XPI
Fundamenta eius in montibus ſcis. diligit
dñs portas ſion ſup omã tabernacula iacob ∴
Gloriosa dicta ſunt de te. ciuitas dñ DIAP

memorero rahab et babylonis· scientibus ∴
Ecce alienigene et tirus· et populus
aethiopum hi fuerunt illic ∴
Mater sion dicet homo· et homo factus
est in ea· et ipse fundauit eam altissimus
Dns narrauit ℣ scripturas ꝑ populorum·
et principum horum qui fuerunt in ea ∴ dic
Sicut ℣ laetantibus omnibus ⁊ nobis ⁊
habitatio· est in te ∴ ORATIO
Fundamentum fidei nrae dq̄ in mon
tibus scis tamquā in excelsis montibus
aeternitatis portas iustitiae munientē
componis· Concede nobis ut gloriose
credere atque redemptionem nrām
hominem factum p̄dicabiliter c̄ fiteri ꝑ

LXXXVII· CANTICV PSALMVS FILIIS CORE IN FI
NEM PRO MELECH RESPONDENDVM ∴
INTELLEC: EMAN ISRAHELITE
XPS AD PATREM PETENS AUXILIVM CTEMPTV
SVO REFERT QVE ALIVDEIS ERAT PERPESSVRVS

ASSERITQ: MORTVOS AMEDICIS NON ESSE SVSCI
TANDOSVTPOSSINT DNO CONFITERI· RESVRREC
TIONE SIBI CELLERRIMA VENIRE DEPOSCENS ∴

DNE ds salutis meae· in die clamaui et
nocte coram te ∴

Intret oratio mea in conspectu tuo·
inclina aurē tuā ad precē meā ō dnē ∴

Quia repleta est malis anima mea· et
uita mea ad infernum appropiauit ∴

Aestimatus sum cum descendentibus
in lacum· factus sum sicut homo sine
adiutorio inter mortuos liber ∴

Sicut uulnerati dormientes in monumen
tis· quorū non meministi amplius·
et ipsi de manu tua expulsi sunt ∴

Posuerunt me in lacu inferiori·
in tenebrosis et umbra mortis ∴

Y In me confirmata est ira tua· et om̄s
elationes tuas super me induxisti ∴ DIAS

E longasti notos meos a me· posuerunt me

abominationem sibi ∴

Tradituſſum et non egrediebar. oculi
mei infirmatiſunt prae inopia ∴

Clamaui adte dne. totadie expandi
manuſ meaſ adte ∴

Numquid mortuis faciesmirabilia. aut
medici ſuſcitabunt et confitebuntur tibi ∴ DIA

Numquid ennarrabit aliquis inſepulcro
miam tuã. ℣ aut ueritatẽ tuã inperditione ∴

Numquid cognoſcentur intenebriſmira
bilia tua ℣. aut iuſtitia tua interra oblita ∴

Ego dne adte clamaui. et mane
oratiomea praeueniet te ∴

Ut quid dne ℣ reppuliſti. animã meã.
auertiſfaciem tuam ame ∴

Egenuſſumego et in laboribuſ a iuuen
tute mea. exaltatuſ aut̃ humilia
tuſſum et confuſuſ ∴

Inme pertranſierunt irae tuae. ÷
et terroreſ tui conturbauerunt me ∴

Circumdederunt me sicut aqua
totadie circumdederunt me simul ∴
Elongasti ame amicum et proximū
et notos meos a miseria mea ∴ ORAT
Redemptor omniū ineffabilisq· salutis
nrē dī· qui pro nobis inferna penetrans
factus es inter mortuos liber· Exaudi
matutinam familiae tuae precem·
et erue nos ab inimici insidiantis
pessima seruitute· p

XXVIII· INTELLECTVS ETHAN ISRAHELITE

Vox fidelium mias dñi potentiaq: laudantiū
Misericordias tuas dñe in aeternū cantabo ∴
In generatione et progenie pronuntiabo
ueritatē tuam in ore meo ∴
Quōm dixisti in aeternū mia edificabitur
in caelis praeparabitur ueritas tua ∴
Disposui testamentū electis meis
iurau dauid seruo meo ∴
Usq· in aeternū pparabo semen tuum·

et aedificabo in generatione et pro
genie sedem tuam ∴ DIAPSALMA ∴
Confitebuntur caeli mirabilia tua dne.
et veritatem tuam in ecclesia sōrum ∴
Quīm quis in nubibus aequabitur dño?
aut quis similis erit dō inter filios dī ∴
Dēs qui glorificatur in consilio scōrū
magnus et metuendus super omnes
qui in circuitu eius sunt ∴
Dne ds virtutū quis similis tibi? potens
es dne. et veritas tua in circuitu tuo ∴
Tu dominaris potestati maris motū
autē fluctuū eius tu mitigas ∴
Tu humiliasti sicut vulneratū superbū.
et in virtute brachii tui dispersisti
inimicos tuos ∴
Tui sunt caeli et tua est terra. orbem
terrarum et plenitudinē eius tu fundasti ∴
Aquilonem et mare tu creasti. thabor
et hermon in nomine tuo exultabunt ∴

Tuum brachiū cū potentia firmetur
manus tua et exaltetur dextera tua ∴
Iustitia et iudicium preparatio sedis tue.
mia et uerita ps̄uient ante faciē tuā ∴
Beatus populus qui scit iubilationem.
dn̄e in lumine uultus tui ambulabunt ∴
Et in nomine tuo exultabunt tota die.
et in tua iustitia exaltabuntur ∴
Qm̄ gloria uirtutis eorum tu es. et in tua
iustitia exaltabitur cornu nr̄m ∴
Quia dn̄i est assumptio nr̄a. et sci
israhel regis nostri ∴ DIAPSALMA.
Tunc locutus es in aspectu filiis tuis.
et dixisti posui adiutoriū suppotentē ∴
Et exaltaui electum de populo meo.
inueni dauid seruum meū oleo scō
meo unxi eum ∴
Manus enim mea auxiliabitur ei.
et brachium meū confortabit eum ∴
Nihil proficiet inimicus in eo.

et filius iniquitatis non adiciet nocere ei ℣.
Et concidam a facie eius inimicos eius.
et odientes eum in fugam conuertam ℣.
Et ueritas mea et mia mea cum eo.
et in nomine meo exaltabitur cornu ei ℣.
Et ponam in mari manu eius et in flumi
nibus dexteram eius ℣.
Ipse inuocabit me pater meus es tu.
ds meus et susceptor salutis meae ℣.
Et ego primogenitum ponam illum.
excelsum prae regibus terrae ℣.
In aeternum custodiam illi misericordiam meam.
et testamentum meum fidele ipsi ℣.
Et ponam in saeculum saeculi semen eius.
et sedem eius sicut dies caeli ℣.
Si dereliquerint filii eius legem meam.
et in iudiciis meis non ambulauerint ℣.
Si iustitias meas profanauerint.
et mandata mea non custodierint ℣.
Visitabo in uirga iniquitates eorum.

et inflagellis peccata eorum ∴

Miam autē meā nondisperdam abeo.
neq. nocebo eo in ueritate mea ∴

Sed neq. profanabo testamentū meum.
et quae procedunt per labia mea
non faciam irrita ∴

Semel iuraui in scō meo. si dauid mentiar ∴

Semen eius in aeternū manebit. et sedes eī
sicut sol in conspectu meo. et sicut luna
perfecta in aeternū. et testis in caelo fidelis ∴ DIAL

Tu autē reppulisti et sprouisti nos distu
listi xpm tuū. auertisti testamentum
serui tui profanasti in terra sanctam eius ∴

Destruxisti omnes maceriae eius posuisti
munitiones eius in formidine ∴

Diripuerunt eum omnes transeuntes uiam.
factus est in obprobrium uicinis suis ∴

Exaltasti dexteram inimicorum eius.
Laetificasti omnes inimicos eius ∴

Auertisti adiutorium gladii eius.

et nonest auxiliatus est in bello ∴

Dissoluisti eum ab emundatione.
et sedem eius in terra collisisti ∴

Minorasti dies temporis eius: perfudisti
eum confusione ∴ DIAPSALMA ∴

Usquequo dñe auertes in finem: exardescet
sicut ignis ira tua ∴

Memorare quę mea substantia. numqd
✱ uane constituisti filios hominum ∴

Quis est homo qui uiuet et non uidebit
mortem. Eripiens animã suam
de manu inferi ∴ DIAPSALMA ∴

Ubi sunt miserationes tuę antiquę dñe.
quas iurasti dauid in ueritate tua ∴

Memor esto ✱ obprobrii seruorũ tuorũ.
quod continui in sinu meo multarũ gentiũ ∴

Quod exprobrauerunt inimici tui dñe.
qd exprobrauerunt commutationem
xpi tui ∴

Benedictus dñs in æternũ. fiat fiat ∴ ℟

Erue dñe animas nras de manu inferi
qui pro nobis inferna fortiter ꝯfregisti
ut tuas mias decantantes. et a confusione
criminum. et a morte perpetua
liberemur. ℣

xxxvii. Oratio hominis doi.

Oratio fidelium pro ecclia addm.

Dne refugium factus es nobis. ℣ a gene
ratione et progenie. ∴
Priusquã montes fierent. ℣ aut firma
retur orbis terre. a sæculo et
in sæculum tu es. ∴
Ne auertas hominem in humilitate tem.
et dixisti conuertimini filii hominũ. ∴
Qm mille anni ante oculos tuos dne.
sicut hesterna dies quæ pterit.
et ⊖ sicut custodia in nocte. ∴
℣ Quia pro nihilo habentur anni eorum.
mane sicut herba transeat. mane
floreat et transeat. uespere decidat

induret et arescat ℣.

Q(uo)n(iam) defecimus in ira tua, et in furore
tuo conturbati sumus ℣.

P(osuisti) iniquitates n(ost)ras in conspectu tuo,
saeculum n(ost)rum in illuminatione vultus tui

Q(uo)n(iam) omnes dies nostri defecerunt,
et in ira tua defecimus ℣.

Anni n(ost)ri sicut aranea meditabuntur,
dies annorum n(ost)rorum in ipsis septuaginta annis ℣.

Si autem in potentatibus octuaginta anni,
et amplius eorum labor et dolor ℣.

Q(uo)n(iam) supervenit mansuetudo super nos,
et corripiemur ℣.

Quis novit potestatem irae tuae, ℣ aut
pre timore, ℟ iram tuam dinumerare ℣.

Dexteram tuam sic notam fac ℣ nobis,
et eruditos corde in sapientia ℣.

Convertere dne ℣ aliquantulum, ℟ et
deprecabilis esto super servos tuos ℣.

Replevimus mane misericordia tua, ℟ et.

exultauimus et delectati sumus.
inomnibus diebus nostris.∴
Delectati sumus prodiebus quibus nos
humiliasti. annis ibi quibus uidimus mala
Et respice inseruos tuos. et inopera tua e
dne. et dirige filios eorum ∴
Et sit splendor dni di nri super nos ÷ et
opera manuū nrarū dirige super nos:
et opus manuū nrarū dirige ∴ ORATIO ∴
Lucifluifideris factor omps ds. quinouā
mundo luce fugatā restituis. fatua
nos q̄s renitente mixtua. Vt omnes
peccatorum obscuritates. te inlumi
nante pellamus. p
÷ LAUS CANTICI DAUID ∴
cc. PROPHA PREDICIT OMNEM FIDELEM
POPULUM. CIRCUMDARI LAUDE: XPI DENUNTIAT ∴
Qui habitat in adiutorio altissimi. in
protectione dei celi commorabitur ∴
Dicet dno. susceptor meus es. et refugiū meū

dſ meus ſperabo eum ∴

Q m̄ ipſe liberabit me de laqueo uenantiū
et a uerbo aſpero ∴

S capulabit tibi.
et ſubpennis eius ſperabis
S cuto circumdabit te ueritas eius. non
timebis a timore nocturno e ſagitta
uolante per diem ∴

A negotio perambulante in tenebris.
a ruina et dæmonio meridiano ∴

C adent a latere tuo mille. et decem
milia a dextris tuis. ad te autem
non adpropinquabit ∴

V erumtamen oculis consideabis. et
retributionē peccatorū uidebis ∴

Q m̄ tu es dn̄e ſpes mea. altissimum
posuisti refugium tuum ∴

N on accedant ad te mala. et flagellu
non appropiabit tabernaculo tuo ∴

Q m̄ angelis suis mandauit de te.

ut custodiant te in omnibus uiis tuis ∴
In manibus portabunt te. ne quando
offendas ad lapidem pedem tuum ∴
Super aspidem et basiliscum ambulabis.
÷et conculcabis leonem et draconem ∴
Quoniam in me speravit liberabo eum.
protegam eum qm cognovit nom meū ∴
Ipse invocavit me et ego exaudiam eū.
cum ipso sum in tribulatione ∴
Eripiam eum et glorificabo ÷eum;
longitudine dierum adimplebo eum.
et ostendam illi salutare meum ∴ ORATIO ∴

Pra nobis dne pinuocatione nominis tui
aspidis et basilisci et omnia uenena
calcare · Ut ostensum nobis salutare
tuū aduersus insidias inimici spiri
talis clipei umbraculo muniamur; p

XI. PSALMUS CANTICI ODE IN DSAB

VOX ECCLIE DE EXALTATIONE IUSTORUM.
ET DE PERDITIONE IMPIORUM ∴

BONVM
EST
CONFITERI
DNO. ET PSALLERE
NOMINI TVO
ALTISSIME ·:·

Ad annuntiandum mane misericordiam tuam.
et ueritatem tuam per noctem ·:·
In decacordo psalterio. cum cantico
et cithara ·:·
Quia delectasti me dne in factura tua.
et in operibus manuum tuarū exultabo ·:·
Quam magnificata sunt opera tua dne.

nimis ꝓfunde facte sūt cogitationes tue.
~ Vir insipiens nō cognoscet. et stultus nō in
telliget ea. Cū ortierint peccatores sicut
fenū. et ꝓspexerint oēs qui operant iniqui
tatem. Ut intereant in seculū seculi tu autem
altissimus in ēternū dñe. Quoniam ecce inimi
ci tui dñe. quoniam ecce inimici tui ꝑ
C et disp gentur oēs qui operant
iniquitatē.

V

÷Q

omnes quioperantur [illegible] ∴

E t exaltabitur sicut unicornis cornu mei.

et senectus mea [illegible] ∴

E t ꝓspexit oculus meus inimicos meos.

Y et insurgentes in me malignantes
audiet auris mea ∴

I ustus ÷ ut palma florebit. sicut cedrus
que est in libano multiplicabitur ∴

I plantati in domo dñi. in atriis domus
di nostri florebunt ∴

A dhuc multiplicabuntur in senectute uberi.

et bene patientes erunt et annuntient ∴

Quia iustus dns dilexit iustitias equitatem vidit vultus eius ∴

Exultatio aeterna super capita eorum gaudium et laetitiam obtinebunt ORAT

fugiet dolor et gemitus

rere palmis confortabiliter

facies ∴ Suscipe misericordias molibus delictorum

eorum nobis societatem dignanter impetrans p

XCII.÷ LAUS CANTICI IPSI DAVID.

ANTE

IN DIE SABBATI QUANDO

INHABITATA EST TERRA ∴

LAUS ECCLAE DE INCARNATIONE ET REGNO XPI ∴

DNS regnavit decorem indutus. induit

dns fortitudinem. et praecinxit se ∴

Etenim firmavit orbem terrae. qui

non commovebitur ∴

Parata sedes tua ds. ex tunc a seculo tu es ∴

Elevaverunt flumina dne elevaverunt

flumina vocem suam a vocibus

aquarum multarum ∴

Mirabiles elationes maris. mirabilis in altis dns ∴

Testimonia tua credibilia facta sunt
nimis· domum tuam decet scificatio ,
dñe· in longitudine dierum ∴ ORAT
Dñe omps qui paterna precmet tuitur
tute cęlum mare terram q· loca ei
Exaudi supplices tuos· et da creduli
tatem in tes tuis· indue nos
fortitudine et decora scificatione · p
XCIII. PSALI IPSI ꝏ QUARTA SABBATI ∴
ORATIO FIDELIU VT ADVERSECVTORIBVS
QUIDÁ IGNORANT LIBERENTUR ∴
Deus ultionum dns· deus ultionum libere egit ∴
Exaltare qui iudicas terram·
redde retributionem superbis ∴
Usq· quo peccatores dñe· usq· quo
peccatores gloriabuntur ∴
Pronuntiabunt et loquentur iniqtate·
loquentur omes qoperantur iniquitate ∴
Populum tuū dñe humiliauerunt·
et hereditatē tuam nocuerunt ∴

Viduam et pupillos interfecerunt.
et aduenam occiderunt ∴
Et dixerunt non uidebit dñs. neque
intelleget dꝰ iacob ∴
Intellegite ÷ nunc: insipientes in populo.
et stulti aliquando sapite ∴
Qui plantauit aurem non audiet? aut
qui finxit oculum non considerat ∴
Qui corripit gentes non ne arguet.
qui docet hominem scientiam ∴
Dñs scit cogitationes hominū. q̄m uane sunt ∴
Beatus homo quē tu erudieris dne.
et de lege tua docueris eum ∴
Ut mitiges ei eum a diebus malorum
malis. donec fodiatur peccatori fouea ∴
Quia non repellet dñs plebem suā. et
hereditatē suam non derelinquet ∴
Quo adusq; iustitia conuertatur in
iudicium. et qui omnes recto sunt corde ∴

Quis exurget mihi aduersus malignantes.
aut quis stabit mecum aduersus
operantes iniquitatem ℣ ∴
Nisi quia dns ℣ adiuuabat me. paulominus ℣
habitauerat in inferno anima mea ∴
Si dicebam motus est pes meus. mia tua
dne adiuuabat me ∴
Secundū multitudinē dolorū meorum
in corde meo. exhortationes tuae delec
tauerunt animam meam ∴
Numquid adheret tibi sedes iniquitatis.
qui fingis dolorem in praecepto ∴
Captabunt in animam iusti. et sangui
nem innocentem condemnabunt ∴
Et factus est mihi dns in refugium.
et ds meus in auxilium spei meae ∴
Et reddet illis dns ꝺ secundū iniqui
tatē ipsorum. et secundū malitiā
eorum disperdet eos dns ds noster ∴ ORATIO ∴
Erudinos dne benuolentia legis tuae

et esto nobis in tribulatione refugiū.

qui homini prudenter insinuas

scientiam ne delinquat ℣.

XCIIII ÷ LAUS CANTICI IPSI DAUID ÷

PROPHANCITAT POPULOS AD LAUDEM DI ℣ENIRE ÷

Venite exultemus dño. iubilemus dō

salutari nostro ∴

℣ praeueniamus faciem eius in confessione

et in psalmis iubilemus illi ∴

Qm̄ dс magnus dns et rex magnus

super omnes deos ∴

Qm̄ in manu eius sunt omnes fines terrae,

et altitudines montium ipsius sunt ∴

Qm̄ ipsius est mare. et ipse fecit illud,

et aridā fundauerunt manus eius ∴

Venite adoremus et procidamus ante eū,

et ploremus coram dnō qui fecit nos ∴

Qui a ipse est dns dс nr̄. ⁊ nos populus

populus ✠ eius et oues manus eius ∴

Hodie si uocem eius audieritis. nolite

obdurare corda ura. sicut inexacerbatione ∴

Secundū die temptationis in deserto.
ubi tēptauerunt me patres uri. proba
uerunt et uiderunt opera mea ∴

Quadraginta annis Y proximus fui
generationi huic. et dixi semper
hi errant corde ∴

Ipsi autē non cognouerunt uias meas. ℣
Y quibus iuraui in ira mea si introi
bunt in requiem meam ∴ ORATIO ∴

Saluare eximium omniū populorūdne.
respice propitius superoue gregistu
eisq. impertiens sal prudentie
introducere eosdem innoxias sempi
terna digneris in requie ℣

xcu. QUANDO DOMUS AEDIFICABATUR POST
CAPTIUITATEM CANTICUM OMNE ∴

LAUS FIDELIUM DE XPI INCARNATIONE ET DE EXALTATIONE
ECCLAE

Cantate dño canticum nouum. ℣
cantate dño omnis terra ∴

Cantate dño benedicite nomen eius. bene
nuntiate de die in diem salutare eius ∴
Annuntiate inter gentes gloriã eius.
in omnibus populis mirabilia eius ∴
Quñ magnus dñs et laudabilis valde.
terribilis est super omnes deos ∴
Quñ omnes dii gentium dæmonia.
dñs autem cælos fecit ∴
Confessio et species in conspectu eius.
sanctitas et magnificentia in sanctificatione ei ∴
Afferte dño patriæ gentium. afferte
dño gloriam et honorem. afferte dño
gloriam nomini eius ∴
Tollite hostias et introite in atria eius.
adorate dñm in aula sco eius ∴
Commoueatur a facie eius omnis terra.
dicite in nationibus. quia: dñs regnauit.
etenim correxit orbem terræ. qui
non mouebitur ∴
Iudicabit populos in æquitate. lætentur

caeli et exultet terra ∴
Moueatur mare et plenitudo eius. gau
debunt campi et oīa quae meſſunt ∴
Tunc exultabunt oīa ligna ſiluarum.
ante faciem dñi qm̄ uenit. qm̄ uenit
iudicare terram ∴
Iudicabit orbem terrae in aequitate.
et populos in ueritate ſua ∴ ORATIO ∴
Factor caeli terraeq. creator dñe quem
omnis terra cantici noui modulatione
perſultat · Praecamur ut ſicut te
aligno regnantem ſupplices confite
mur · ita amiſſo omni gentilitatis
errore · futuri aduentus tui gloriā
in animis ſenſibus preſtolemur · p ∴

XCVI · PSALMUS CUTRA EOS QUI RESTITUTA E ∴
PROPHETA DE PRIMO XPI ADVENTU
DICIT · ADMONENS FIDELES IN EO
LAETARI. ET INCREPANS EOS QUI
IDOLA VENERANTUR ∴

Dñs regnauit exultet terra.
lętentur insulę multae ∴
Nubes et caligo incircuitu eius. iustitia
et iudicium correctio sedis eius ∴
Ignis inconspectu eius praecedet. et
inflāmabit incircuitu inimicos eius ∴
Illuxerunt fulgora ei orbi terrae.
uidit et commota est terra ∴
Montes sicut cera fluxerunt a facie dñi.
a facie dñi omnis terra ∴
Annuntiauerunt caeli iustitiā eius.
et uiderunt omnes populi gtam eius ∴
Confundantur omnes qui adorant
sculptilia. qui gloriantur in simulacris ∴
Adorate eum omnes angeli eius. audiuit
et lętata ē sion ∴
Et exultauerunt filiae iudae.
propter iudicia tua dne ∴
Quōm tu es dns altissimus super omnem
terram. nimis exaltatus es super omnes deos ∴

Quidiligitis dnm odite malignitatē.
custodit dns animas ꝙ seruorū suorū.
de manu ꝙ peccatorū liberabit eos ℣.
Lux orta est iusto. et rectis corde lętitia
Lętamini iusti in dno ℣. et confitemini
memoriae sanctitatis eius ORATIO ℣
Custos animarum scarum ds cuius regnū
est pars perfecta iustorum Concede
prophetica s euangelica sq coruscā
tionē s pectoribus nris inseri. et liquid
obtectum uel amine prisco reppertur
spūsco reuelante pandatur p

XCVII. PSALMUS IPSI DAUID ℣
PROPHĀ CŌMONET POPULŌ XPIANŌ
CANTICI NOUI EXULTATIONE LAETARI
QUANDO MIRABILIS EST XPI CESSUS AD
Cantate dno canticum nouum. VENTUS ℣
quia mirabilia fecit dns ℣
et saluauit ei dextera eius.
et brachium sanctum eius ℣

Notum fecit dñs ſalutare ſuũ ante ꝯſpectũ
gentium reuelauit iuſtitiam ſuam ∴
Memor fuit miſe ſue iacob & ueritatis
ſue domui iſrl ∴
Uiderunt omnes fines terre ſalutare
dñi ubilate dõ omnis terra cantate
et exultate et pſallite ∴
Pſallite dño in cithara & in cithara :
et ꝯ uoce pſalmi ∴
In tubis ductilibus et uoce tube & cornee :
ubilate in conſpectu regis dñi ∴
Moueatur mare et plenitudo eius orbis
terrarũ et qui habitant in eo ∴
Flumina plaudent manibus in ipſũ
montes exultauerunt ante faciem
dñi quoniam uenit uenit iudicare terrã ∴
Iudicabit orbem terre : in iuſtitia
et populos in equitate ∴ ORATIO ∴
Immitte dne ſalutare tuum mentibus
nris et reuelationem iuſtitie tue gentibus

uniuersis · Utqui quondã iudicari
uenisti properdiuis· miam cũ aduenerit
proquibus iudicatus es largiaris p

xcviii. PSALMUS DAUID ·:·

LAETETUR COMMONET POPULOS XPO DNO
CONFITERI · EUMQUE ADORARE QUIA
SUIS FIDELIBUS PROPITIUS EXISTIT ·:·

DNS regnauit iracscantur populi.
qui sedet super cherubi moueatur tra ·:·
Dns in sion magnus. et excelsus
super omnes ydeos ·:·
Confiteantur omnes nomini tuo magno.
quia terribile et scm est.
et honor regis iudicium diligit ·:·
Tu parasti aequitates. iudicia et iusti
tiam in iacob tu fecisti · ·:·
Exaltate dnm dm nrm. et adorate
scabellũ pedum eius qm scm est ·:·
Moyses et aaron in sacerdotibus eius.
et samuhel inter eos qi inuocant nomẽ ·:·

Invocabant dñm· & ipse exaudiebat eos·
& in columna nubis loquebatur ad eos ∴
Quia custodiebant testimonia eius· et
precepta eius ÷ quae dederat illis ∴
Dñe dñe nr tu exaudiebas eos· deus tu propi
tius fiebas illis· & ultor in omnia
studia eorum ∴
Exaltate dñm deum nrm· et adorate
in monte sco eius· quia sctus est dñs deus nr ∴

Sublimis thronе dne te oramus ORATIO ∴
et qsumus columna nobis luminis refulgente modu sacerdotalis ordinis te
custode seruemus ℣

XCIIII. PSALMUS IN CONFESSIONE

ADMONET PROPHETA UNIVERSITATE
DNM EXULTANDO LAUDARE ∴

Iubilate deo omnis terra· seruite
dno in lętitia· ∴
Introite in conspectu eius in exultatione·
scitote quia dns ipse est ds ∴

I pſe fecit nos ⁊ non ipſi nos. nos autem
populus eius. ⁊ oues pascue eius ℣
Intrate portas eius in confessione.
atria eius in hymnis ℣
Confitemini ei laudate nomen eius
quoniam suauis dns. in eternū mia eius. ℣
⁊ usq. in sctm sctu ueritas eius ℣ ORATIO ℣
Iubilamus tibi eterne dne in lętitia
⁊ exultatione poscentes. Ut dū portę
peccatorum intus laudibus referan
tur. semper ad misericordia ueritā
temque pandantur. ℣

C Dauid ipse psalmus ℣
ECCLA DI IN DIEM ET IAM DECANTAT SEQ
NON CV INIQVIS SED CV FIDELIBVS HABITARE EGAUDET ℣
Misericordiam et iudicium cantabo
tibi dne. psallam et intellegā mea
immaculata quando uenies ad me ℣
Perambulabam in innocentia cordis
mei. in medio domus tue ℣

Non proponebam ante oculos meos rem
iniustam. facientes praeuaricationes odiui ∴
Non adhesit mihi cor praui. declinantem
a me malum non agnoscebam ∴
Detrahentē mo occulto aduersus pximū
suum. hunc persequebar ∴
Superbo oculo et insatiabili corde.
cum hoc simul non edebam ∴
Oculi mei sup fideles terrae. ut simul
sederent hi mecum ∴
Ambulans in uia immaculata. hic
mihi deseruiebat ∴
Non habitabat in medio domus meae
faciens superbiam. loquens iniusta
non direxit ante oculos meos ∴
In matutinis interficiebam omnes
peccatores terrae. ad exterminandos
de ciuitate dñi omnes qui operantur
iniquitatem ∴

ORATIO ∴

Incomprehensibilis uirtute dñi qui
cuius famulis miam atq; iudicium
clementer insinuas. Concede nobis
fide re diligere rectamque uiam
ingredi. et à uanitate execrabilis
superbię declinare. p

ORATIO PAUPERIS CUM ANXIUS
FUERIT. ET CORAM DNO
EFFUDERIT PRECEM SUAM ∴

PROPHETA DICIT DE PERSONA
CUIUSLIBET PAUPERIS IUSTI.
UT DNS DEUS PRECES
INTENDAT ∴

NE EX:
AVDI
ORATIONEM MEÁ.
ETCLAMOR MEVS
ADTE
PERVENIAT ∴

Neauertas faciemtuam ame · mquã
cumque die tribulor · inclina
aurem tuam adme ∴

Inquacumque die inuocauero te ·
cito exaudi me ∴

Qm defecerunt sicut fumus dies mei ·
et ossa mea sicut frixorio confrixa sunt ∴

Percussus sum sicut fenum et aruit cor meū.
qm̄ obliti sum manducare panem meū ∴
A uoce gemitus mei adhesit os meū carni meę ∴
Similis factus sum pellicano ¶ solitudine.
factus sum sicut nicticorax in domicilio ∴
Vigilaui et factus sum sicut passer
singularis in edificio ∴
Tota die exprobrabant me inimici mei,
t qui laudabant me aduersus me iurabant ∴
Qm̄ cinerē sicut panē manducaui.
et potum meū cū fletu miscebam ∴
A facie irę tuę et indignationis tuę.
qm̄ elevans elisisti me ∴
Dies mei sicut umbra declinauerunt.
et ego sicut fenum aruī ∴
Tu autem dn̄e in eternū manes. et memo
riale tuū in generatione et progenię ∴
Tu exurgens misereberis sion. qm̄ tempus
miserendi eius qm̄ uenit tempus ∴
Qm̄ bene placuerunt seruis tui.

lapides eius et pulueris eius miserebuntur ∴
Et timebunt gentes nomen dñi. et omnes
reges terrae gloriam tuam ∴
Quia edificauit dñs sion. ÷ et :
uidebitur in maiestate sua ∴
℣ et respexit in oratione humiliũ.
et non spreuit precem eorum ∴
Scribantur haec in generatione altera.
et plebs quae creabitur laudabit dnm ∴
Qm̃ prospexit ex alto scõ suo. dñs de cẽlo
in terram prospexit ∴
Vt audiret gemitum uinculatorum.
ut solueret filios mortificatorum ∴
Vt annuntietur in sion nomen dñi.
et laus eius in hierusalem ∴
In conueniendo populos in unum.
et reges ut seruiant dño ∴
℣ respondit illi in uia uirtutis suae. paucitatẽ dierũ meorũ annuntia mihi ∴
Ne euocas me in dimidio dierũ meorũ.

ingeneratione et generatione annitui ∴
Ambitio terrā tufundasti ÷ dñe ⁊ eopera
manuū tuarū ÷ sum caeli: ∴
Ipsi peribunt tuaūt permanes ⁊ omnia
sicut uestimentū ueteresc ⁊ sicut opertorium mutabis ea ⁊ mutabuntur ∴
Tu autē idem ipse es ⁊ anni tui non deficient
Filii seruorū tuorū inhabitabunt inea,
et semen ipsorum in aeternū dirigetur ∴ ORATIO ∴
Exorabilis dñe intende inoratione sup
plicum tuorum · Vtqui inpeccatis
deterri tamquā fenum arumus ·
respectu caelestissimē sublleuemur ꝑ

CIJ. IPSI OAUIO ∴

PROPHA VNIVERSITATE ADDI LAUDE HORTANDO
DE BENEFICIORV PLVRIMORV QVE SVIS FIDELIB:
ADMINISTRAT MUNERE GRATULATVR ∴

Benedic anima mea dñm ⁊ omnia
interiora mea nomen scm eius ∴
Benedic anima mea dñm ⁊ noli obliuisci

omnes retributiones eius .:

Qui propitiatur omnibus iniquitatibus
tuis. qui sanat omnes languores tuos .:
Qui liberat de interitu uitã tuam. qui
coronat te ÷ miã et miserationibus .:
Qui implet ÷ in bonis desiderium tuum.
renouabitur sicut aquile iuuentus tua .:
Faciens misericordias dns. et iudicium
omnibus iniuriam patientibus .:
Notas fecit uias suas moysi. filiis isrl
uoluntates eius .:
Misericors et miserator dns. patiens
et multe misericordie .:
Non in finem irascetur. neq; in eternũ
indignabitur .:
Non secundũ peccata nra fecit nobis.
neq; secundũ iniquitates nras retribuit nobis .:
Quia secundũ altitudinem caeli a terra.
confirmauit dns miam suam
super timentes eum .:

Quantum inter ucet ab ortu et occasu.
elongauit anobis miquitates nras ∴
Sicut miseretur pater filios misertus
est dnis timentibus eum ∴
Quia ipse cognouit figmentum nostrū.
memor fuit qm pulueres sumus ∴
Homo tamquam fenum dies eius et
sicut flos agri ita florebit ∴
Qm spūs pertransiet in eo et non erit.
et non cognoscetur amplius locus ei
Misericordia uero dni a sęculo et ✱
in sęculum super timentes eum ∴
Et iustitia eius super filios filiorum
custodientibus testamentum eius
et memoria tenentibus mandata
eius ut faciant ea ∴
Dns in cęlo parauit sedem suam et
regnum eius omnium dominabitur ∴
Benedicite dño oms angeli eius potentes
uirtute facientes uerbum ei ad audiendā

uocem sermonum eius ∴

Benedicite dñm omnes uirtutes eius.
ministri ei qui facitis uoluntatem ei ∴
Benedicite dñm omnia opera eius in omn
loco dominationis ejus benedic
anima mea dñm ∴ ORATIO ∴
Sana dñe languores populi tui qui semper
peccatoribus sicut pater filius misereris
Ut exempti ab interitu mortis perpetuae
te anima nra benedicat et tua clarificet ℣

CIII. PSALMUS DAUID ∴
VOX ECCLAE MAGNIFICANTIS DM. ET INNVME
RABILIA OPERA EI NARRANDO CLAMANTIS ∴

Benedic anima mea dñm. dñe dñs meus
magnificatus es valde ∴
Confessionem et speciem induisti. circum
amictus lumine sicut vestimento ∴
Extendens caelum sicut pellem qui tegis
maquis superiora eius ∴
Qui ponis nubem ascensum tuum qui ambulas

super pennas uentorum ∴
Qui facit angelos suos spūs ÷ et ministros suos
ignem ardentem ∴
Qui fundauit terram sup stabilitatem eī.
non inclinabitur in sæculum sæculi ∴
Abyssus sicut uestimentum operimentū eī.
super montes stabunt aquæ ∴
Ab increpatione tua fugient. a uoce
tonitrui tui formidabunt ∴
Ascendunt montes et descendunt cāpi.
in locum quem fundasti eis ∴
Terminum posuisti quē non preteribunt.
neq. uertentur operire terram ∴
Qui emittis fontes in conuallibus. inter
medium montiū pertransibunt aquæ ∴
Potabunt omnes bestiæ agri. expecta
bunt onagri in sitim suā ∴
Super ipsa uolatilia caeli inhabitabunt.
de medio petrarū dabunt uoces ∴
Rigans montes de superioribus suis.

afructu operum tuorum ſatiabitur terra ∴
Producens fenum peccoribus.
et herbam ſeruituti hominum ∴
Adproducendum panem de terra.
et uinum lætificat cor hominis ∴
Vt exhilaret uultum oleo. et panis
cor hominis confirmet ∴
Satiabuntur ligna campi. et cedri
libani quas plantauit
Ibi paſſeres nidificabunt. Vſturni ℣
domus ducatum eis prebet ∴
Montes excelſi ceruis. petra refugium
erinaciis ∴
Fecit lunã intempora. ſol agnouit occaſũ
ſuũ. poſuiſti tenebras et facta eſt nox.
in ipſa pertranſibunt omnes beſtie ℣ ſiluarũ: ℣
Catuli leonum rugientes rapere.
et quærere a dõ eſcam ſibi ∴
Ortus eſt ſol et congregati ſunt.
et in cubilibus ſuis cubabunt ∴

Exiet homo adopus suum. et adopera
tionem suam usq. aduesperum ∴
Quammagnificata sunt operatua dne. oma
insapientia fecisti. repleta ē tra creatura tua ∴
Hocmare magnum et spatiosum. ibi
repentia quorū nonest numerus ∴
Animalia pusilla cummaioribus.
illic nauespperambulant ∴
Draco hic quem finxisti adinludendū ei.
Yomnia ate expectant. ut des escam illis
intempore oportuno ∴
Dante autem tibi colligent. aperiente te
manum tuam. ade. implebuntur
iocunditate ∴
Auertente te autem faciem tuā.
turbabuntur. auferes spm ipsorum
et deficient. et in pulueremsuum
conuertentur ∴
Emitte spm tuum et creabuntur.
et renouabis faciem terrae ∴

Sit gta dñi in aeternũ lętabit. dñs in operibus suis ∴
Qui aspicit super terram et facit eã tremere.
qui tangit montes et fumigabunt ∴
Cantabo dño in uita mea. psallã dõmeo
quamdiu ero ∴
Suauis sit ei disputatio mea. ego uero
delectabor in dño ∴
Deficiant peccatores a terra. et iniusti
tta ut non sint benedic anima mea dño ∴ ORA
Inclite omps dñe qui fructu ocupleti
terra aridam satiasti. da nobis spiritali
mente ascensum tuae gloriae contueri
Ut dum te mente desideramus. illic
semper quae sunt caelestia meditemur p
CHRISTUM. ALLELUIA ∴
PROPHA MONET FIDELES NE TERRENIS
TRANSITORIIS SONANT. SED PATRIAM CHARAM VIA
TENENTES. DULCITER SEMPER EXQUIRAN ∴
Confitemini dño et inuocate nomen eius ∴
Annuntiate inter gentes ꝙ magnalia ei

cantate illi et psallite ei narrate
omnia mirabilia eius ∴
Laudamini in nomine sco eius. Laetetur
cor querentium dnm ∴
Quaerite dnm et confirmamini
quaerite faciem eius semper ∴
Mementote mirabilium eius quae fecit
prodigia eius et iudicia oris eius ∴
Semen abraham serui eius filii iacob electi eius ∴
Ipse dns dns noster in universa terra iudicia eius ∴
Memor fuit in saeculum testamenti sui
verbi quod mandavit in mille generationes ∴
Quod disposuit ad abraham et iuramenti sui isaac
Et statuit illud iacob in praeceptum et israel
in testamentum aeternum ∴
Dicens tibi dabo terram chanaan funiculum
hereditatis vestrae ∴
Cum essent numero breui paucissimi
et incolae eius ∴
Et pertransierunt de gente in gentem

et de regno ad populum alterum ∴

Non permisit hominem nocere eis.
et corripuit pro eis reges ∴

Nolite tangere christos meos. et in pro
phetis meis nolite malignari ∴

Et vocavit famem super terrā. et omne
firmamentum panis contrivit ∴

Misit ante eos hominem. in servum
venundatus est ioseph ∴

Humiliaverunt in compedibus pedes ei.
ferrum pertransiit animā eius
donec veniret verbum eius ∴

Lxx Eloquium dni usque eum. misit rex et
solvit eum princeps populorum et dimisit eum ∴

Constituit eum dominum domus suae. et
principem omnis possessionis suae

Ut erudiret principes suos sicut se.
et seniores suos prudentiam docere ∴

Lxx Et intravit israel in aegyptum. et iacob
habitavit in terra cham ∴

Et auxit populum suum nimis. et firmauit
eum super inimicos eius. ∴
Conuertit cor eorum ut odirent populum eius.
et dolum facerent in seruos eius ∴
Misit moysen seruum suum ℣ et aaron
quem elegit ipsum ∴
Posuit in eis uerba signorum suorum. et pro
digiorum in terra cham ∴ Al
I Misit tenebras et obscurauit eos. quia
exacerbauerunt uerbum eius ∴
II Conuertit aquas eorum in sanguinem.
et occidit pisces eorum ∴
III Misit ℣ terra eorum ranas ℣ et in cubilibus
penetrabilibus regum ipsorum
IIII Dixit et uenit musca canina. ℣ et scinifes in omnibus finibus eorum ∴
VI Posuit pluuias eorum. grandinem ignem
comburentem in terra ipsorum ∴
VII Et percussit. uineas eorum et ficulneas eorum.
et contriuit omne lignum finium eorum ∴

VIII. Dixit et uenit locusta. et brucus cuius
nonerat numerus ✠ et comedit omnem
fructum terrae eorum ∴
VIIII. Et percussit omne primogenitum in terra
aegypti, primitias omnis laboris ipsorum ∴
XL. Et eduxit eos in argento et auro, et non
erat in tribubus eorum infirmus ∴
